



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

Epistola XIX. Ioannis Papae VIII. Ad Dominicvm Electvm Episcopvm  
Torcellensem. Inuehitur in Dominicum electum episcopum, quod bis  
vocatus Romam non acceserit: eumque, nisi venerit constituta die, ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

*est mecum, contra me est. in quo & ipsam bestiarum transcendit sicutiam, parricidalibus aduersus eum videntes consiliis: pro quibus omnibus apostolatus nostri vos Roman occurrere, & pro his & aliis quæ corrigenda duximus, satisfacere, non semel apicibus commonuimus, sed venire hactenus modis omnibus contempsistis. Quapropter vos a sanctis mysteriis interim celebrandis auctoritate summi pastoris arcemus, iubentes, ut Idibus Februariis istius inductionis, si adestis, vel si duræ infirmitatis pondere non grauamini, Synodo nostræ Romæ celebrandæ interesse inexcusabiliter maturetis: quatenus & ab obiectis purgemini, & a capite, tam scilicet apostolica sede, quam metropolitano vestro in nullo diuidamini: Ne (quod absit) circumueniamini a satana, qui videlicet semper dissensione gaudet: membra quippe, quæ capiti non harent, inter mortua deputantur: ficuti procul dubio vos, qui nec apostolicæ sedis, quæ est caput omnium Christi ecclesiarum, decretis hæretis, nec affectui metropolitani proprii, & patroni atque magistri. Iam vero si Idibus saltem Februariis occurrere contumaciter paruipenditis, tamdiu esto posthac omnis ecclesiæ communione una cum vobis fauentibus alieni, quamdiu venire ac satisfacere super quibus impetimini, non curatis. Ecce enim venerandos forte Canones tenetis præ manibus, qui tales sanciunt non communicatores, donec purgentur. Porro si quisquam vestrum nullo modo se posse venire prætenderit, vicarium suum mittat, qui & mittentem se iure iurando excuset, & in Synodo vicem mittentis adimpleat. Data Kalendas Decembris, inductione decima.*

## EPISTOLA XIX.

## IOANNIS PAPÆ VIII.

AD DOMINICVM ELECTVM EPISCOPVM  
TORCELLENSEM.

Inuehitur in Dominicum electum episcopum, quod bis vocatus Romam non accesserit: eumque, nisi venerit constituta die, excommunicat.

*Ioannes, Dominico vocato electo Torcellensis ecclesiæ.*

**Q**VIA fama crebrescente Torcellensem inuasisse dicebaris ecclesiam, semel & bis decreuimus, te Roman ventu-

venturum , vt coram posito fratre nostro Petro sanctæ  
Gradensis metropolitano antistite, vna cum episcopis qui  
degunt sub ipso, facta super te discussione, rumor longe la-  
teque respersus, aut innoxius patefactus absoluere tur, aut  
comprobatus noxius damnaretur, venire modis omnibus  
constituimus. Vnde merito a nobis fores damnandus, nisi  
erga te, petente nobis dilecto nobis Vrso glorio so duce,  
minus seueritate quam patientia uteremur. Verum quia  
eatenus non venisti, excommunicatum te iure a nobis es-  
se cognoscere, in promptu habentibus, secundum Apo-  
stolum, vlcisci omnem inobedientiam: verum quia nec sic <sup>2. Cor. 10.</sup>  
interim contempti salutem tuam contemnimus, vnde ter-  
tia ecce te vice vocamus, & Idibus Februariis præsentis  
decimæ indictionis nostro Concilio Romæ adesse manda-  
mus: ita vt si tunc non occurris, tamdiu sis cum fauen-  
tibus tibi deinceps a nobis & a toto Christi corpore alien-  
nus, quamdiu minus resipiscens, obedientiæ nequaquam  
iussis nostris colla summiseris. Porro, si in hac indisciplina-  
tione permanseris, noueris deinceps tibi veniam denegan-  
dam, & secundum sanctos Canones nil de absentia peni-  
tus lucraturum, & non solum communionis, sed & hono-  
ris iacturam anathemate perculsum sine fine passurum.  
Data Kalendas Decembris, indictione decima.

## E P I S T O L A XX.

## IOANNIS PAPÆ VIII.

AD V R S V M D V C E M V E N E T I A R V M.

Gratias agit, quod apostolicæ sedis monitis paruerit.

Episcopos ad Synodus venire iubet.

*Ioannes glorio so duci Venetiarum.*

**G**RATIAS gloriæ tuae pro benigna deuotione tua refe-  
rimus, quam non solum verbis, sed & operibus erga  
nos studiose declaras, & frequenter ostendis: & ideo nos  
paterno circa te detinemur affectu; & in his quæ ad tuam  
tuorumque pertinere ac prodesse vtilitatem cognosci-  
mus, prompti & benigni semper esse curabimus: ita vt in  
diuinis præceptis, sacrificisque Canonibus impedire inten-  
tionem & sancti onem nostram nunquam consentias: sed  
cum tibi de rebus ecclesiasticis quidquam iniungimus, si-

*Concil. Tom. 24.*

D